DE PLERISQUE

CORDIS HUMANI VITIIS CONGENITIS,

TRADITO SIMUL CASU MAXIME INSIGNI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA

PRO SUMMIS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA, NEC NON ARTE OBSTETRICIA

HONORIBUS

DIE XXIX MENS. NOVEMB. MDCCCXXXVI

H. L. Q. S.

1836

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

JOSEPHUS DUPRÉ

GUESTPHALUS.

OPPONENTIBUS:

RIESEBERG, MEDIC. ET CHIR. DRD.
STRUCK, MEDIC. ET CHIR. DRD.
SCHWUBBE, MEDIC. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE. REG. ACAD. TYPOGR.

PROOEMIUM.

Non eſt, quod exponam, cur equidem ſcribendi conſilium ceperim. Satis cui-
ɜ noſtrum conſtat, ſecundum majorum morem atque leges academicas cuilibet,
i aſſequi velit ſummos in medicina et chirurgia honores, diſſertationem inau-
ralem eſſe conſcribendam nec non defendendam tanquam publicum eruditionis
cimen. Eligendam putavi rem aliquam anatomicam, ſed in hoc certe graviſ-
ıo opere haeſitavi. Difficultates, quas tractatus de vitiis cordis congenitis
ert, ſatis jamjam ab initio perſpexi, quales in ipſa quoque diſpoſitione inveni.
tur ſperare nullo modo poteram, fore ut laudem vel minimam acciperet labor;
qua vero ex parte illa ut nihilominus tribuatur, *Doctiſſimus praeceptor*, *Ill.*
hultze noſter curavit, qui maxima cum liberalitate atque humanitate, qua ſem-
r ſolet, novum quendam caſum maxime notabilem *de perverſa invicem aortae*
que arteriae pulmonalis e corde origine ſimul deſcribendum e *Muſeo Univerſi-*
tis anatomico commiſit.

Hac in re ita feci, ut, quod diſpoſitio quoque docet initio libelli adumbrata,
niſſis iis, quae minoris momenti habui inter vitia cordis congenita, graviſſima
ntum et memoria quam maxime digna eligerem, comparationibus ſimul inſti-
tis cum animantium conditione cordis normali. Quanquam cor humanum nullo
odo per ſe cum illorum corde, niſu formativo mirum in modum aberrante,
em eſſe poteſt, ſimilitudo tamen magna apparet, ſi reſpicias utriusque functio-
ɜm phyſiologicam. Atque in his ſolum haec verſabitur comparatio.

Cordis quamquam valde mature jamjam evoluti atque prae ceteris foetus organ magnitudine excellentis ſingulae partes praecipue primis poſt conceptionem me ſibus inter ſe juſtam non obſervant rationem. Cauſam hujusce rei ex peculiari mod circulationis, quem ſanguis in corpore foetali propter pulmonum functionem adhu ceſſantem obſervat, eſſe quaerendam, quis eſt, qui neſciat? Neque quemquam l tet, cordis evolutionem multis maximisque ſubjectam eſſe varietatibus propter n ſum formativum in conformando illo potiſſimum organo aberrantem, unde ſaep ſime ſimilitudines maxime mirabiles cum claſſibus ſingulis ceterorum animantiu conſpiciuntur. Cum *Meckelio* [1]) forſan aliquis dicat, foetum humanum tali confo mationis ratione gaudere, ut a prima origine ad completam usque evolutione ſuam, quae in homine ipſo nato aliquot adhuc tempus perdurat, formationes fe omnes ab infimis ad altiſſimas usque regni animalium permeet. Nos vero et m ximo certe jure ſententiam illam ſequimur, quam ſagaciſſimam *Schultze* [2]) Il noſter propoſuit. Verba auctoris Ill. ipſius afferre liceat, quae ſunt haecce: „Di Altersverſchiedenheit beruht auf der merkwürdigen und wichtigen Erſcheinung, daß al Individuen, je nachdem ſie einer einfacher oder zuſammengeſetzter gebaueten Art angehö ren, eine geringere oder größere Zahl von Bildungsſtufen durchlaufen, welche der bleiben den Organiſation der unter ihnen ſtehenden unvollkommneren Thiere im Weſentliche ähnlich ſind;" atque in adnotatione: „Niemals ſind die vorübergehenden Forme der höheren Thiere den bleibenden der niederen ganz gleich; die ſpezielle Betrachtung der Altersverſchiedenheiten beweiſet dieſes für jedes Organ. Schon in den erſten Anfänge kann man das Ziel erkennen, worauf der Bildungstrieb hinarbeitet."

1) J. F. Meckel, Beiträge zur vergl. Anat. Bd 2. Hft 1. S. 7—24.

2) C. A. S. Schultze, Lehrb. der vergl. Anat. T. 1. Berlin 1828. §. 9. No. 5. et adnot. 1. p. 8.

Ordo, quem *in diſpoſitione propoſiti* ſequar, erit hicce:

A. Abnormes formae cordis foetalis.

I. quoad quantitativam rationem.

1) Akardia.
2) Cor et ejus partes juſto minores.
3) Cor juſto majus et in univerſum et in ſingulis partibus.
4) Numerus partium cordis vel cordis ipſius adauctus.
5) Forma externa alio modo abnormis.
6) Forma interna abnormis.

α. forma cordis humillima vel maſſam ſolidam, vel canalem ſimplicem referens.

β. forma altior; ventriculus et atrium separata, nonnunquam cum rudimento tantum septi ventriculorum.

γ. cor mammalium cum apertis viis foetalibus.

1) cum aperto foramine ovali.

2) cum aperto ductu arterioso Botalli.

I. quoad qualitativam rationem.

1) Situs abnormis.

2) Perversa origo vasorum.

α. venarum.

β. arteriarum.

1) Akardia.

Inter varios Akardiae casus rarissimi certe sunt illi, in quibus caput atque rax quamquam adfuerunt, cordis vestigium fuit nullum. Sed memoriae tradiunt tales *Marrigues*[1]), *Brodie*[2]), *Daniel*[3]), *Lawrence*[4]). Sufficiat, si ex illis bus unum paulo accuratius exhibeam. Monstri a *Marrigues* descripti totam toris cavitatem implevit magna aquosum modo fluidum quoddam continens ve- planeque desiderabatur cor cum pulmonibus, trachea, vena cava, thymo. uper monstrositas illam ob causam notabilis est, quod sicuti in crocodilo os sterni n ossibus pubis massa quadam cartilaginea fuit conjunctum.

) Marrigues in epist. ad Morand in: Mém. math. prés à l'ac. des sc. T. IV, p. 123.
) Brodie, phil. transact. 1809. p. 161. aut: nb. med. surg. J. T. VI, p. 191.
3) Daniel, Sammlung mediz. Gutachten. Lpzg 1776. S. 276.
4) Lawrence, Med. chir. Transact. Vol. V.

Ubi vero inferior tantummodo trunci pars adest in monstro, quid mirum, cor desideratur? Et ita fuit plerumque, sed monstrorum talium cum corde mennem fecerunt *Gilibert*[1]), *Vallisneri*[2]), *F. Tiedemann*[3]), *Beclard*[4]), *Leroux*[5]), *ben*[6]), *Zagorsky*[7]), *Katzky*[8]), *Salzmann*[9]), *Superville*[10]), nec non in *theatro atomico Berolinensi*[11]) acephalus reservatur corde praeditus atque *Tourtual*[12]) acephalum descripsit, qui in *Monasteriensi Museo anatomico* habetur, corde aeditum atque pulmonibus ceterum normalibus, sed trachea destitutis. Praeter sa umbilicalia in abdomine nulla adsunt, neque venosa, neque arteriosa. In mono Gilibertiano pulmones normaliter fuere constructi, sed trachea quoque carent, et ex corde ipso foramina duo invicem omnino segregata transierunt in canan quendam, qui tanquam aorta descendens in abdomen penetravit. Situs tandem it cordis in fossa quadam sinistri pectoris.

1) Gilibert advers. med. pract. Lugd. 1791. 132.
2) Vallisneri in: Malpighi Opusc. posthum. nd. 1697. p. 87.
3) Tiedemann, Anat. der kopflosen Mißgeburt. Landshut 1813. S. 69.
4) Beclard, Mém. sur les aceph. foet. Paris 1818.

5) Leroux, Journ. de Méd. 1815 et 1816.
6) Elben, Diss. de aceph. seu Monstr. corde carent. Berol. 1821. cum tab. 22 lith. p. 84.
7) Zagorsky, Nov. act. petrop. T. XV, 1806. p. 45.
8) Katzky, Act. med. Berol. 1721, p. 61.
9) Salzmann apud Elben l. c. p. 12.
10) Superville, phil. tr. of the hum. He 1740. No. 456. p. 294.
11) Otto, Pathol. Anat. Thl 1, S. 267. Not
12) Th. Tourtual, Zweiter anatom. Bericht Münster 1833, S. 92.

Salzmann in monstri illius thorace vesiculas invenit loco pulmonum atque ju renes massam quandam carnosam cum parva sanguinis copia, sed minime cum aor conjunctam, atque *Superville* in cavitatis pectori et abdomini communis parte sup riore vesicam carnosam seroso fluido impletam.

Sicuti jamjam supra ediximus, saepissime in monstris capite atque thorace d stitutis, aut si thoracis pars major minorve adsit, cor deesse, exempla haecce sa comprobant, quae nobis tradiderunt *Everhard* [1]), *Lankisch* [2]), *Vogli* [3]), *Mery* [4]), *Gourraigne* [5]), *Odhelius* [6]), *le Cat* [7]), *Cooper* [8]), *Pujol* [9]), *Goeller* [10]), *Schelha mer* [11]), *Heuermann* [12]), *Curtius* [13]), *Cloquet* [14]), *Tiedemann* [15]), *Gall et Spur heim* [16]), *Atkinson* [17]), *Garnier* [18]), *Busch* [19]), *Sue* [20]), *Guignard* [21]), *Isenflamm* [22]), *Beclard* [23]), *Kundmann* [24]), *Bload* [25]), *Büttner* [26]), *Bonn* [27]), *Superville* [28]), *Mo ceau* [29]), *Deleurye* [30]), *Monro* [31]), *Giel* [32]), *Lamure* [33]), *Voigtel* [34]), *Chevreul* [35]), *Antoine* [36]), *Duperrier* [37]). Praeterea casus eosdem duos publici juris fecit *Win low* [38]), tres *Sömmering* [39]), nec non *Prochaska* [40]); *Malacarne* [41]) quinqu *Meckel* [42]) quatuor, *Elben* [43]) sex. *Walter* [44]) talium monstrorum observavit ip duo, tertium vidit e Museo *G. Hunteri*. Restat ut adnotem exempla duo, qua protulerunt *Klein* [45]) atque *Clarke* [46]), ab ipsis observata; nec non *Klein* alteru vidit apud *Siebold Herbipoli*.

1) Everhard apud: Mappus de aceph. p. 22.
2) Lankisch in: Elben l. c. p. 2.
3) Vogli in: Vallisneri de generat. p. 716. 17.
4) Mery, Mém. de l'ac. des sc. 1720. p. 10. 13.
5) Gourraigne, Acad. des sc. de Paris. 1741. p. 407.
6) Odhelius, Neue Abhandl. der K. schwed. Acad. der Wiss. Bd 6. 1786. S 172.
7) le Cat, phil. transact. 1767. p. I. p. 1.
8) Cooper, phil. transact. 1775. V. 27.
9) Pujol in Elben l. c. p. 6.
10) Goeller, Ephem. Acad. nat. cur. Dec. 2. an. 2. Observ. 143.
11) Schelhammer, apud Meckel p. A. 1. p. 161.
12) Heuermann, Physiologie 1751. Bd 1.
13) Curtius, Specimen inaug. m. de monstr. hum. Lugd. B. 1762. p. 9. aut.: Meckel Beiträge z. v. A. I. 1. S. 50.
14) Cloquet, L. f. a. p. B. 24.
15) Tiedemann l. c. p. 1.
16) Gall et Spurzheim, Recherches sur le systém nerveux en général. Paris 1809.
17) Atkinson, phys. and med. Journ. by Dr. Bradley, No. 65. 1804.
18) Garnier, L. f. a. p. B. p. 24.
19) Beschreibung zweier merkwürdiger Mißge Marburg 1803.
20) Sue, Recherches phys. etc. Paris an. p. 9. 1797.
21) Guignard, Archiv de la chir. No. 21.
22) Isenflamm, Beiträge für die Zergliederung kunst von J. und Rosenmüller II. S. 269. Lp 1803.
23) Beclard, L. f. a. p. B. p. 29.
24) Kundmann in Elben l. c. p. 11.
25) Bload, phil. transact. T. 71.
26) Büttner, Anat. Wahrnehmungen. Königsbe und Lpzg 1768. S. 188.
27) Bonn, Ontleedkundige Beschrijving e Aanmerkingen etc. a Bonn (sine loco et anno
28) Superville, phil. transact. for the Ye 1739. V. 51.
29) Morceau, Diss. an. phys. auct. M. Nanc 1784.
30) Deleurye, Archiv de l'academie de chi No. 62.
31) Monro, transaction of the Royal soc. c Edinb. Vol. 3. 1794. p. 21.
32) Giel in: Baldinger, Neues Magazin fü Aerzte, Bd 20. Thl 5, S. 441.

) Lamure, Journal de Méd. Paris 1768. 3. p. 825.
) Voigtel, Fragm. Semiol. obftet. Halae p. 78.
) Chevreul, L. f. a. p. B. p. 23.
) Antoine, Acad. des fc. de Paris 1703,).
) Duperrier, Archiv de l'ac. de chir. No. 7.
) Winslow, Mém. de l'academie des fci- s. 1440. p. 190 et 822.
) Sömmering in Tiedemann l. c. p. 4 et 5.
) Prochaska, Difq. an. phyf. p. 148 et 150 aut: Medlz. Jahrbücher der K. K. Oeftr. Staaten, Bd 5, Thl 2, S. 64.

41) Malacarne, Oggetti più interreffanti di obftetricia.

42) Meckel, Abhandlungen aus der menfchlichen und vergl. Anatomie und Phyf. S. 165.

43) Elben l. c. p. 71, 74, 75, 79, 81 et 82.

44) Walter, Muf. anat. a J. G. Hunter perf. T. 1, p. 121, No. 811. Berol. 1805 et No. 812.

45) Klein, Specimen inaug. med. Stuttg. 1793.

46) Clarke, phil. transact. for the Year 1793, p. 154.

Optimum erit, fi hoc loco de fyftemate vaforum, quatenus in illis monftris a normali aberret, nonnulla addam. *Schelhammer*[1]) fe ne unam quidem arte- aut venam inveniffe confirmat, atque *Odhelius*[2]) funiculum umbilicalem mi- e in abdomine ipfo, fed folum in tela cellulofa divifum vidit, pariter ac *Wins-*[3]). Verifimiliter *Bracq*[4]) vafa quoque invenit nulla, quod fatis conftat de mon-, cujus *Pujol*[5]) mentionem fecit. Forfan optime fyftema vaforum in monftrofi- bus illis habeatur fyftema portarum, truncus fcilicet ex utroque latere ramifi- is. Negari autem non poteft, verum fyftema portarum deeffe, atque mirum in lum in plurimis animalibus avertebratis, ficut Molluscis, imo jamjam apud es nonnullos cum fyftemate venarum univerfali illud conjunctum videmus.

1) Schelhammer l. c.
2) Odhelius l. c.
3) Winslow l. c.
4) Bracq, Archiv de l'academie de chirurgie No. 56.
5) Pujol l. c.

Ill. *Tourtual*[1]) quoque fecundum illa, quae fupra dixi, acephalum diffecuit, quanquam corde praeditus omnibus carebat vafis fanguiferis.

Et ficuti faepius vafa ipfa defiderantur, ita quoque, quanquam illa adfunt, fan- s in monftris talibus, quales acephali, faepiffime non invenitur. Imo nonnullis cafibus plane nihil fluidi vafa continebant. *Cooper*[2]) unicus atque *Salzmann*[3]) guinem viderunt rubrum; *Curtius*[4]) in vafis reperit maffam fufcam coagulatam; *elhammer*[5]), *Meckel*[6]), *Büttner*[7]) aquofum aut etiam nullum invenere fluidum. *nkifch*[8]) in renibus atque *Superville*[9]) in corde acephali viderunt ferofum modo dum.

1) Tourtual l. c.
2) Cooper l. c.
3) Salzmann l. c.
4) Curtius l. c.
5) Schelhammer l. c.
6) Meckel l. c.
7) Büttner l. c.
8) Lankifch l. c.
9) Superville l. c.

2) Transeam igitur ad cordis jufto minorem maffam, fi refpicimus molem ius corporis. In Pifcibus atque Reptilibus, nec non in compluribus Avibus talis dis conditio invenitur normalis, plurimis fcriptoribus ex anatome comparata, v. *Schultze*[1]) Ill. atque *Tiedemann*[2]) teftibus. Quanquam ille cordis ftatus haud faepe obfervatur, nihilominus tamen fat multa enumerari poffunt exempla, qua-

lia nobis tradiderunt *Kerkring* [3]), *Lieutaud* [4]), *Morgagni* [5]), *Chavasse* [6]), *Kr-sig* [7]), *Wedemeyer* [8]), *Biermeyer* [9]), *Otto* [10]) nec non aliis [11]) quoque locis exem ejusmodi notata sunt. In nonnullis illorum alia insuper adfuere vitia cordis con nita, quae accuratius significare hoc loco haud opus est; in aliis corpus in univ sum fuit justo minus evolutum, quod vero in ceteris quoque desiderabatur, aut tem haud ita in conspectum prodiit. In illis morbis, in quibus sanguinis co in dies decrescit atque consumitur, substantia certe cordis etiam marcescere et c colore decus quoque amitti potest, nisi forsan stimulus aliquis aut impediment quoddam extra cor positum actiones ejus excitat. Recte jamjam *Burns* monu cum cordis gracilitate plerumque etiam totius corporis teneritatem conjunctam es attamen in hoc errasse mihi videtur, quod cordis atrophiam in hominibus praed positis phthisin pulmonalem gignere posse credidit. Verumtamen negari nequit, multis phthisi consumtis cor bene nutritum inveniri cum parietum justa crassita sed cum cavitatum propter sanguinis penuriam capacitate diminuta [12]).

1) Schultze, Vergleichende Anat. I. S. 266.
2) Tiedemann, Zoologie, Bd II, S. 571.
3) Kerkring, Spicill. anat. p. 73.
4) Lieutaud l. c. Vol. 2, p. 147, obs. 453 atque p. 146.
5) Morgagni, de c. et s. ep. 17. art. 12.
6) Chavasse in Lond. med. Journ. 1786, p. 409.
7) Kreysig, Die Krankheiten des Herz. Bd 2, Thl 2. Berlin 1816. S. 468.
8) Wedemeyer apud Rust, Magazin für die sammte Heilk. Bd 13, S. 190.
9) Biermeyer, Mus. anat. pathol No. 38
10) Otto, Lehrbuch der pathol. Anat. I. Bd 1830, S. 268, Note 1, und dessen Verzeichn No. 2186—2189.
11) Mém. de l'ac. des sc. de Paris 1712; que de Plouquet Repert. art. Cor parvum.
12) Andral, Path. Anat. Bd 2, S. 178.

3) Cor justo majus et in universum, et in singulis partibus.

Quam multi casus exstant de enormitate cordis post partum hac aut illa ex caus coorta, tam pauci notandi sunt de congenito vitio tali. Sed infra cordis menti fiet ex infante novem dies et viginti nato etiam triplo majoris [1]). Alia exempl tradiderunt *Cooper* [2]), *Robertson* [3]), *Angelo Magistretti* [4]). In casu illo, quer *Cooper* notavit, cor pueri quinque dies nati in universum justo majus fuit, sed poti simum magnitudine excellebat ventriculus dexter. Nonnulla quidem insuper a ferre possem exempla de tali vitio, sed omitto, quum infra illorum fusius menti fiat necesse sit aliam propter deformitatem.

1) Programma de morbo coeruleo. Wittenb. 1805.
2) Cooper apud Farre l. c. p. 10.
3) Robertson, the Edinb. Med. and Surg Journal 1814.
4) A. Magistretti, Novi commentari di Med e di Chir. publ. dui Signori. Padua 1818.

4) Numerus partium cordis vel cordis ipsius adauctus.

In monstris duplicibus uno cum thorace, potissimum si pars dimidia corpori superior duplex adest, illud formationis vitium haud raro in corde observatu *Vetter* [1]) vidit cor cum quatuor atriis nec non ventriculis. *Lietzau* [2]) ventriculum sinistrum observavit duplicem. *Alii* [3]) observarunt de tali triplicitate ventriculorum alios casus. Obvenit vero quoque, ut cor solum justo majus adsit in monstris quan

duplicibus, et duplex fit vaforum ordo. Ita *Meckel* [4]) e ventriculo dextro vidit oriundas aortas, cui rei fimiles obfervationes fecerunt *Haller* [5]), *Wal-*, nec non *Otto* [7]). *Kerkring* [8]) de tali vitio ex corpore ceterum fimplice tra-, ventriculo fcilicet dextro duplice. Eadem corporis conditione cor totum vi-it duplex*Boerhave* [9]), *Paullini* [10]), *Chauffier* [11]), *Coulomb* [12]). Talis obfervatio ammalibus certe rariffima faepius vero in avibus facta eft atque *Otto* [13]) exem-ngula de illa abnormitate enumeravit, quare ego auctorum nomina non af-1.

/etter, Aphor. aus der path. Anat. p. 108.
Lietzau, Hiftoria trium monftror. Regio- 1825. p. 9.
Ephem. N. C. Dec. 1, an. 9 et 10, obf. tque Dec 2, an. 8, obf. 114.
Meckel, tab. anat. pat. Fafc. 1, T. 2, Fig. 1.
Haller opera minor. T. 3, Tab. 16.
Walter, Obf. anat. Tab. 4, F. 3 atque 4.
Otto l. c. p. 267, nota 3.

8) Kerkring, Spic. anat. obf. 69, p. 139.
9) Boerhave in: Sammlung auserlesener Abhandlungen, Bd 9, S. 491.
10) Paullini Cynograph. cur. p. 43.
11) Chauffier in: Bulletin de la Faculté de Méd. de Paris 1816.
12) Coulomb, Oeuvre méd. chir. Lyon 1798, inde transl. in Reil's Archiv, Bd 4, S. 218.
13) Otto l. c. p. 267, nota 6.

Inter illas obfervationes funt nonnullae etiam in brutis factae.

5) Forma cordis externa alio modo abnormis.

Cor hominum adultorum e ratione foetalis exit in duos quanquam haud ita di-e fegregatos apices, qui mucronem conftituunt. Ante partum majores reperiri t, quare recte monet *Harvey* [1]) de corde foetus humani atque embryonis dami: ipiti cono parvos nucleos gemellos referens". Sed interdum in homine nato am ex longiore tempore confpiciuntur pariter atque in foetu; etiam majores ei illi apud adultos homines inveniebantur. *Meckel* [2]) mentionem fecit cordis s incifura in apice fuit tanta, ut lineas quatuor aequaret, cui fimillimus eft cafus rtholin [3]) defignatus. In collectione Ill. *Schultzii* cor quoque refervatur pueri uordecim annorum, cujus apices lineas aequant etiam quinque.

Harvey, De generat. p. 235, 307.
Meckel. Path. Anat. Bd 1, S. 469.

3) Bartholin, in: Hiftoria anatomica. Cent 1, hift. 67.

Structura illa convenit cum cordis conformatione normali in nonnullis animan s, e. g. Phoca vitulina, *Manati* [1]) atque *Phocaena* [2]).

Steller, de beftiis marinis in: Nov. comm. p. T. 2, p. 316. — Dauberton, hift. nat. T. 13, tab. 69, fig. 2. — Cuvier, Vorlesn über vergl. Anatomie. Bd 4, S. 30.

2) Tyfon, Anatomie of a porpefs. London 1680, p. 31, fig. 6.

Contra mucro cordis etiam omnino obtufus confpicitur, cujus rei *Corvifart* [1]) nplum exhibuit, ficuti *Neide* [2]) quoque. In eundem modum forma quoque is cordis haud raro rotunda magis atque compreffa confpicitur, qualis ftatus ii ineft normalis. Atque *Meckel* contendit, hoc vitium tam crebro occurrere, iter duodecim corda femel obfervetur. Rem ita effe legitimam in nonnullis

Mammalibus et quidem humilioribus, nec non in Reptilibus, ſatis conſ *Fleiſchmann*[3]), ut exempla nonnulla exhibeam, vidit cor cum ejus mucrone rot dum in puella duodecim annorum. *Morgagni*[4]) atque *Tacconi*[5]) idem obſervaru nec non *Meckel*[6]), *Otto*[13]) atque Ill. *Tourtual*[7]). *Stalpert van der Wiel*[8]) tra *Stratenum* ſibi communicaſſe, ſe inveniſſe cor planum omnino atque pericardio ſtitutum. *Morgagni*[9]) cor obſervavit parvum cum latere dextro curvilineo, qu eandem curvaturam et ſeptum ſequebatur, ita ut pars ejus ſuperior atque apex d trorſum prominerent. In altero caſu, jamjam ſupra notato idem ille auctor didit, cor fuiſſe ad apicem rotundum cum commutatis inter ſe ad formam vent culis atque auricula dextra craſſitate et amplitudine duas ſiniſtras aequante. illas obſervationes transferendae ſunt aliae praeterea, quas fecerunt *Kulmus*[10]) que *Cooper*[11]). Quam proximam poſui, maxime notanda videtur, quum auc iſte in diſſecto cadavere pueri infra notandi trimeſtris, qui per duas poſt part hebdomadas omnino ſanus fuerat, cor obſervaverit permagnum et quadrilater *Weber*[12]) cor vituli vidit triangulare.

1) Corviſart, Eſſai ſur les maladies et les léſions du coeur etc. ed. 2. Paris 1812. Deutſch von Rintel. Berlin 1814, S. 281.
2) Neide, Diſſ. inaug. med. Halae 1830, p. 13.
3) Fleiſchmann, Comment. de ſyſt. vaſ. ſang. variet. congenit. nonn. Erlangae 1834, p. 13.
4) Morgagni l. c. ep. 17, art 12.
5) Tacconi, Comment. Bonon. 6.
6) Meckel, P. A. Bd 1, S. 452.
7) Tourtual l. c. p. 74.
8) Stalpert van der Wiel, Obſ. rar. Cent. Lugd. Bat 1787, obſ. 37.
9) Morgagni l. c. ep. 60, art. 8.
10) Kulmus in: Act. Lipſienſ. ann. 1787.
11) Cooper apud Farre l. c. p. 15.
12) Weber, de corde univentricul. Bonn 1832, p. 5.
13) Otto, Seltene Beobachtungen, Bd 1, S.

6) De forma interna abnormi.

α. Forma cordis humillima, vel maſſam ſolidam, vel canalem ſimpl cem referens.

Cuique hujusce rei notitia certe maximi momenti eſt, quum qui caſus de ill tanquam pathologica cordis conditione memoriae traditi ſunt, miram quandam an logiam inter hominem, et quidem ipſum natum atque aliquot poſt partum temp viventem, cum animantibus ipſis humilioribus oſtendant. Itaque quanquam rar ſime, nihilominus in foetibus nonnullis formationes cordis illis ſimillimae ſunt ob ſervatae. *Zagorsky*[1]) deſcripſit monſtri humani cor maſſam ſine ulla cavitate ca noſam exhibens, ex qua oriebantur vaſa. Nec minus *Veslingius*[2]) notavit cor om cavitate deſtitutum, quae res convenit cum obſervationibus ab *aliis*[3]) auctoribu factis. *Fahneſtock*[4]) illam abnormitatem in ſue magno atque pingui ſe obſervaſſ confirmat. *Superville*[5]) pro corde in acephalo quodam vidit veſicam carnoſam ſer impletam, quae forma jamjam transitus ad animalia altiora nos memores facit e quidem *Cruſtacea*[6]). Sicuti oblongum quidem, ſed cum vaſorum conformation ſatis perfecta inter *Cruſtacea* cor invenitur apud *Squillas*, ſimillima fuit res in caſ illo, quem *Roederer*[7]) notavit. Equidem de hocce maxime notatu digno pauc addam. Cor formabat ſimplicem cavitatem, quae in quatuor ſine ullo ſepiment invicem conjunctas cellulas diviſa fuit, quae externe eminentiis illis congruis ſign

antur. Loco atrii dilatatio quaedam venarum cavarum, et quidem membra- a ſine ulla fibra musculari, ad cor tendens et foramine ſatis anguſto in cavita- pſam (tanquam ventriculum) cum corde conjuncta fuit, cujus ipſius fibrae muſ- res parvae fuerunt atque tenues. Satis tali conformatione ſimilitudo evincitur cor illud atque *Cruſtaceorum*, quibuscum propter ſimplicitatem cavitatis con- . Nec minus vero alia nobis occurrit analogia quaedam ex dilatatione illa rum cavarum, quum in compluribns *Reptibilibus* atque *Mammalibus* aquaticis e cavae ſupra auricula cordis dilatatae ſint. *Pozzis* [8]) talem caſum obſervavit, o venae cavae dilatatae, haud multum a corde, quaſi receptaculum forma- ſanguinis.

Zagorsky, Nov. act. petrop. T. 15, a. 1806, 3—482.
Veslingius ſyntagm. anat. p. 150.
Miſc. Nat. cur. Dec. 2, An. 2, tract. 143, c. 3, An. 2, tract. 9.
Fahneſtock in: American med. Recorder , April 1823.
uperville, phil. tr. of the hum. Heart No. 456. p. 294.

6) Schultze l. c. p. 231.
7) Röderer, Foet. paraſ. deſcript. in: Comm. ſoc. Gott. Vol. 4, p. 125.
8) Pozzis apud Senac traité des maladies du coeur. Inde transl. in: Corviſart's Verſuch über die Krankheiten und organ. Verletzungen des H. 2te Aufl. Deutſch von Rintel, Berlin 1814, S. 272—275.

β. Forma cordis magis evoluta.

Cor normali ſtatui jamjam propius aut format unum atrium cum uno ventri- , quae res analogiam praebet cum *Piscibus* [1]), aut cordis conformatio eſt talis, m ventriculo tantum ſimplice atrium ſepto inſtructum et plus minusve in duas ates diviſum ſit, venoſis et arterioſis vaſis ſimul aut adhuc iisdem aut jamjam ſe diverſis.

Wilſon [2]) notavit cor infantis ſeptem dies nati magnum ventriculum atque m conformans. Ex illo inter duas quasdam minores oriebatur arteria, quae thymum glandulam adſcendens exinde dividebatur. Unus illius ramus tanquam ſurſum tetendit, altera ut arteria pulmonalis deorſum. Caſus iſte ſatis certe orabilis eo magis ita apparet, quum inſuper arteriae bronchiales deeſſent. cava ſuperior denique ſe conjunxit cum duabus illis venis pulmonalibus, quae itudine haud parva gaudebant; inferior autem in partem atrii inferiorem poſte- m transiit. *Fleiſchmann* [3]) quoque cor deſcripſit infantis ſepto atriorum nec ventriculorum omnino deſtitutum. Infra accuratius de illo agendum erit. e [4]) tres notavit caſus, quorum unum ipſe, *alterum* [5]) apud *Lawrence*, tertium *Hodgſon* atque *Leadam* [6]) obſervavit. Ipſe in infante, qui ad tertium usque diem ſanus quarto mortuus eſt, vidit cordis unum modo atrium atque ventri- m. Illud ſepto quodam firmiſſimo ab auricula ſejunctum fuit, in quem trans- t venae pulmonales, ſicuti in atrium ipſum venae cavae. Oſtium modo unum ſum valvula tricuspidali fuit inſtructum. Ex ventriculo oriebatur aorta, quae um duas ſatis magnas emiſit arterias pulmonales, tum ramos illos tres magnos, que arteriam coronariam ſolummodo unam ad cor demiſit. Simillimum fuit quod auctor ille, ut ſupra diximus, cum *Hodgſon* atque *Leadam* obſervatum

refert. Valvula Euſtachii fuit permagna nec non valvula foraminis ovalis, quod ta modo ſatis concludi potuit; atria oſtiis valde anguſtis ad ventriculum fuere inſtruct Valvula tricuspidalis cum duobus, mitralis cum uno tantum muſculo papillari c haerebat. Ventriculus ſepto deſtitutus et ſimplex in parte ſiniſtra dilatatione oſtendit ſacciformem, ex qua provenit aorta, ſicuti ex media parte ceterae cavitat arteria pulmonalis. Oſtium illius fuit maxime anguſtum ob verrucoſam quanda excreſcentiam, quae valvulae ſemilunari inſidebat. Exinde arteria pulmonalis ſo litum recepit lumen. Dignus mihi videbatur caſus, quem accuratius exponere quum et per ſe ſit maxime notabilis, et in viro obſervatio facta ſit, qui ad annum jamjam vigeſimum ſecundum pervenerat. Illa conformatio ſimillima eſt animaliu humanae fabricae ſeſe appropinquantium, quum in iis rudimentum quoddam ſep atriorum appareat, quod tandem integrum redditur. In *Batrachiis* venae pulmo nales atque cavae ſeorſim jamjam inosculantur. Cum hoc ſtatu rerum maxime co venit ille caſus, quem ſupra a *Farre* cum *Lawrence* obſervatum retuli. Sed pri quam de illo agam, commemorare mihi liceat aliam quandam obſervationem, qu a *Katzky* [7]) facta maxime cum illa, quam *Farre* ipſe fecit, convenit, ſed eo disc mine, ut cor quanquam duas modo cavitates exhibuit, non atrium cum ventricul ſed duplicem ventriculum, quorum unus alteri fuit impoſitus, conformaret, pulmo nibus atque trachea ſimul plane non apparentibus. Alios ejusmodi caſus obſerva runt *Breſchet* [8]), *Mauran* [9]). In infante illo, quem diſſecuit *Lawrence*, loco ſept atriorum adfuit tenuis portio muscularis, unde foramen ampliſſimum ſine ulla val vula adfuit. Atrium vero ipſum duos oſtendit appendices, quos venae pulmonales atque cavae ſeorſim intrabant. A parte ſiniſtra ventriculi unius, qui arteriam quo que pulmonalem aliquanto anguſtiorem edidit, provenit aorta. *Standert* [10]) ex oſtio venoſo atrii ad ventriculum in corde infantis maturi ligamentum vidit muscu lare tanquam initium ad conformandum ſeptum atriorum. *Tiedemann* [11]) duo ob ſervavit atria completa cum uno tantum ventriculo, ex quo aorta atque arteria pul monalis, minime inter ſe conjunctae oriebantur. Obſervatio a *Chemineau* [12]) fact quum maxime ſimilis ſit illis, accuratius illam non exponam, quod fieri autem li ceat in caſu illo, quem *Weber* [13]) de vitulo prodidit. Cor praeter ordinem tre habuit parietes, quarum una ſurſum, altera deorſum, tertia ad pulmonem ſiniſtrum ſpectabat, et in hac adfuit ſulcus quidam, minime vero ad mucronem usque tendens qui ſulcus ſecundum regulam in ſuperiore illa reperiundus erat. Superiori pariet a latere dextro impoſitum fuit atrium magnum cum vena cava ſuperiore, a part ſiniſtra vero atrii conſpiciebatur truncus arterioſus quidam permagnus, ex quo pri mum provenerunt arteria pulmonalis dextra et ſiniſtra, tum rami ſinitimi aorta ad ſcendens atque deſcendens. Aortae illius adſcendentis ramus ad cor tendens in ar teriam coronariam dextram et ſiniſtram dividebatur. Ductus arterioſi veſtigium adfuit nullum. Oſtium venoſum dextrum anguſtum valvula tricuspidali juſta fui inſtructum, ſiniſtrum vero etiam magis anguſtum ſimplici tantum valvula, quae in ſuper ad musculos papillares minime adhaeſit. A parte oſtii illius utriusque veno ſuperiore conſpiciebatur unum modo arterioſum illud cum tribus valvulis ſemiluna ribus, ex quo tranſitus in truncum illum arterioſum. Inter oſtium hocce atqu

...ſum annulus adfuit latus muscularis, cui ſimillimus ſed multo anguſtior fuit ... quidam inter utrumque oſtium venoſum ipſum, cujus ambitui inſidebat val... foraminis ovalis. Ex illa conformatione ſatis intelligitur rudimentum ali... ventriculi ſiniſtri. Atrium dextrum permagnum cum ſiniſtro valde coarctato ...erea ſatis libere conjunctum fuit. Caſum aliqua ſaltem ex parte eundem vidit ...*s*[14]) in diſſecto cadavere viri ſeptem et viginti circiter annos nati. Duo ven...li unam modo formarunt cavitatem cum parietibus tenuiſſimis. Cor ipſum ...praeter ordinem enorme, venis cavis majoribus inſuper atque receptaculum ...dam conſtituentibus, in quo ſanguis accumulabatur. Vir ſaepenumero palpi...nibus cordis affectus fuerat cum maximâ anxietate, quae ſigna mitigabantur ...eſectionibus nunc atque tunc reiteratis. Tandem periit inſultu graviore ſyn...s. Arteriae coronariae porro valde oblongae, ſed tenuiſſimae conſpiciebantur. ...s ejusdem generis, qui adhuc reſtant, tradiderunt *Otto*[15]), *Mauran*[16]), *Hart...n et Staupa*[17]), *Roſenſtiel*[18]), *Breſchet*[19]), *Wolf*[20]).

...Schultze, Vergl. Anatomie, Bd 1, S. 268,

...Wilſon, phil. transact. 1798, P. 2, p 346.

...Fleiſchmann, Leichenöffnungen, Erlangen 1815, ...chtung 57.

...Farre, pathol. Reſearches, Eſſay 1, On ...rmat. of the hum. Heart. London 1814, ...1, 2. 3. — transl. in: Meckel A. für Phyſ. ..., S. 222—229

...Lawrence apud Farre l. c. p. 31

...Hogdſon et Leadam apud Farre l. c. p 19.

...Katzky, Act. med Berolinenſ. Vol 9, 1721.

...Breſchet, Repert. général d'Anatomie etc. ... 2, p. 17.

...Mauran, Philadelph. Journal, Tom. 14.

... Standert, phil. transact. 1805, transl. in: ...s Journal für ausländ. Literatur von Harleß ... Ritter, Bd 7, S. 1.

11) Tiedemann, Zoologie, Bd 1, S. 177.

12) Chemineau, Mémoires de l'academie des ſciences, 1699. Hiſt. p. 43.

13) Weber, obſ. anat. path. de corde univentriculari, e quo unus tantum truncus arterioſus, Bonn. 1832.

14) Pozzis apud Senac ſur la ſtructure du coeur.

15) Otto, Seltene Beobachtungen, Bd 1, S. 275.

16) Mauran l. c.

17) Staupa, Anweiſung zu gerichtl. und pathologiſchen Unterſuchungen menſchlicher Leichnahme, Wien 1827, S. 164, Note 20.

18) Roſenſtiel, Diſſ. monſtr. dupl. rariſſ. deſcript. anat. Berolini 1824, p. 12.

19) Breſchet l. c. p. 12.

20) Wolf apud Kreyſig, Herzkrankheiten, Bd 3, S. 200.

... Forma, quae nunc inſequitur, ad ſtatum normalem jamjam accedens talis eſt, ...uo in corde adſint atria neque quidem inter ſe conjuncta atque duplex ventricu... cujus vero cavitas dextra cum ſiniſtra ſatis cohaereat. In ſepto ventriculorum ...ora aut minora adſunt foramina atque ſanguis ex una in alteram transit cavitatem. ...cipue deprehenditur et conſtanter fere in baſi cordis foramen amplum, quod ex ...riculo dextro in ſiniſtrum plus minusve completum deducit, atque vice verſa. ... foetus humani atque embryonis mammalium hoc in evolutionis gradu quam ...imum ceſſat, quam ob rem tot caſus tali de vitio ab auctoribus offeruntur, ...t a:

Pulteney[1]), *Hunter*[2]), *Sandifort*[3]), *Nevin*[4]), *Abernethy*[5]), *Cruiskshank*[6]), ...*haska*[7]), *Cailliot*[8]), *Duret*[9]), *Corviſart*[10]), *Stenſon*[11]), *Mery*[12]), *Meckel*[13]), ...*ber*[14]), *Ring*[15]), *Farre*[16]), *Lawrence*[17]), *Farre*[18]), *Farre*[19]), *Howship*[20]),

Cooper [21]), *Meckel* [22]), *Fleischmann* [23]) multisque aliis, quorum nomina ii addam.

Nobis in perscrutandis illis ultro memoria occurrit illius sententiae, quae *V falvae* [24]) atque *Morgagnii* [25]) observationibus aliquam forsan veritatis speciem epta videri potest, ex ventriculo dextro sanguini esse transitum liberum in sinistru sicuti admonemur quoque suspicationis antiquae, forsan parva atque magis obliq itaque innoxia foramina saepissime in septo ventriculorum obvenire. *Morgagni* inter corda undecim quatuor vidit cum foramine in pariete illa glabra statim origine aortae atque arteriae pulmonalis, indeque concludi posse putat, hanc ap turam ad illas esse transferendam, quae per totam vitam restent. Rem vero ill a veritate multum abhorrere, satis persuasum sibi habebit, qui, quidquid *Meckel* hac de formationis abnormitate tradidit, perlegerit. Multi anatomi ab Italo ad nostrum usque aevum nunquam conformationem illam viderunt et alii rarissi e. g. *Meckel* ipse, qui quanquam innumerabilia corda inquisivit, exempla certe pa tradidit. Idem dicere mihi liceat de Ill. *Schultze* nostro. *Hodgson* [28]) quidem sum offert, quem *Farre* cum eo communicavit, infra accuratius describendum, praeter alias deformitates hac re excellebat, quod tunica interna, septum a parte ven culi sinistri vestiens, tribus foraminibus cribri speciem exhibuit. *Kreysig* semel at *Tourtual* [29])bis duplici septi perforatione ventriculos conjunctos inter se observaveru Nihilominus vero casus isti tres antiquam illam sententiam probare possunt atque quis novam talem cordis conformationem invenerit, minime credat, *Morgagnii* se tentiam adjumentum inde excepisse, quo valeat, sed cogitet, se quoque observa casum, in quo cor humanum propter evolutionem suam, ex parte aliqua impedita cum conformatione cordis in *Testudinatis* [30]) analogiam quandam habeat. Sed om tamus potius hanc rem, quam sagacissime *Meckel* tractavit et accuratius loqui lice nobis de nonnullis, quae supra memoravimus, exemplis. *Cooper* in puero duos ann atque dimidium nato, qui ab initio vitae omnino sanus tum per longius tempo spatium certissima morbi coerulei ostendit signa, septum ventriculorum in basi ej perforatum vidit atque aortam ex ambitu foraminis oriundam. Valvula arteriae p monalis ostio maxime angusto cor fuit instructum. *Ring* in libero, a partu jamja cyanosi laborante, septum ventriculorum invenit perforatum, atriorum vero n lum. *Farre* duos illius abnormitatis in cordis structura observavit casus; in u puellae, hebdomade quinta post partum mortuae, ventriculos cordis inter se fo mine in basi septi conjunctos vidit et quidem ita, ut ex duobus simul aorta oriret ostio valde lato; arteria autem pulmonalis usque ad divisionem suam omnino co clusa hic loci per ductum arteriosum ex aorta sanguinem excepit; in altero, pu circiter quatuordecim annorum, qui ex longiore jamjam tempore cyanoseos signa sa prae se tulerat, arteriam pulmonalem maxime angustam, aortam vero nimis ampla vidit; ventriculi apertura in septi basi fuere conjuncti; ductus arteriosus concl sus, sed foramen ovale apertum fuit cum valvula Eustachii in parte ejus inferio incompleta. *Fleischmann* dissecuit cor puellae duodecim annorum, in quo foram ovale fuit amplissimum. Ostium arteriosum ventriculi dextri valde angustu fuit et instructum crassis atque inter se cohaerentibus valvulis. Etiam valvul

unares ventriculi ſiniſtri fuerunt juſto craſſiores atque ſimbriatae. Septum
iculorum fuit in baſi perforatum et transitum ſatis liberum ex ventriculo dex-
ermiſit in aortam, quae quidem maxime in alterum patebat. Notatu etiam
um videtur, quod arteria pulmonalis valde fuit anguſta et ligamentum arterio-
exinde ab arteria pulmonali ſiniſtra ad carotidem dextram extenſum fuit.
rence cor reſervat puellae quatuordecim circiter annos natae, in quo aorta ex
ous ventriculis oriunda conſpicitur. *Farre* tradit, ſe apud Chirurgum quendam
ſe cor viri quadragenarii cum aorta ex duobus ventriculis incipiente; ſed arte-
ulmonalis hocce in caſu valde fuit ampla et inde forſan ſolum longior ſane illius
idui vita declaratur. *Howship* diſſecuit puellam, quae usque ad ſecundam
partum hebdomadem omnino ſana exinde morbo coeruleo laborare coepit et
multo poſt obiit; cor juſto majus invenit, trunco et arcu aortae multum di-
is cum arteria pulmonali ſatis anguſta et ubi in cor ipſum transiit omnino
a, ita ut ſaccum referret a parte externa ad internam cordis coecum. Uterque
riculus in aortam transitum permiſit, foramine ovali atque ductu arterioſo Bo-
hucusque aperto. *Cooper* bis invenit cum ventriculis duobus, ſepto perforato,
aortam, ſed arteriam pulmonalem conjunctam, in libero quinque dies nato et
imeſtri. Illius cor juſto majus fuit et potiſſimum ventriculus dexter; ex quo
em arteria pulmonalis oriebatur, nihilominus cum ſiniſtro quoque cohaerebat
raeter ramos illos pulmonales aorta ſimul deſcendens ex ea incepit, usque ad
s initium aortae arcus, poſtquam tres ramos adſcendentes formaverat, ut ſi-
ſolidum extendebatur; in altero infante, qui per quatuordecim dies ſanus
cor vidit majus atque mirum in modum quadrangulare. Vaſa quoque am-
ima fuerunt, ſed arteria pulmonalis ex utroque ventriculo, quanquam potiſſi-
e dextro oriunda majore in gradu, quam aorta, quae poſtquam ramos tres
ores edidit, tenuiſſima in aortam deſcendentem transiit, quae in decurſu ſolito
us arterioſi praeter ramos juſtos ex arteria pulmonali oriebatur. Exceptis
, quos hucusque jamjam notavi caſus de perforato ſepto ventriculorum
kel[22]) inſuper ſex obſervavit alios. Primus eſt foetus masculinus ſeptem men-
, ubi apertura fuit tertiam partem ſepti ventriculorum aequans; ſecundus in
ina obſervabatur, in qua foramen illius ſepti minus fuit cum arteria pulmo-
omnino clauſa. Tertius, foetus maturus, hemicephalus masculini generis
et perforationem quatuor lineas latam, in baſi ſepti ventriculorum ſitam. Haec
in caſu, quem ſupra emonui a *Neide* deſcriptum, plane valvulis oſtii venoſi
egi et fortaſſe omnino concludi potuit, ita ut crederem, foetum illum eandem
altero viro aetatem aſſequi potuiſſe, niſi alio quodam vitio graviſſimo labo-
et. Quartus eſt foetus masculinus, cujus in corde ſeptum ventriculorum tra-
ulam tantum format, ſine qua nullum ſepti veſtigium adeſſet, quare perfora-
duplex videtur; quintus foetus feminini generis aperturam ex ſolito more in
ſepti abnormem oſtendit, quae quartam hujusce partem occupat. Illi ſimil-
us eſt ſextus, mas. Tale quoque exemplum exhibet *Kreyſig*[31]) de infante
roquin bene nutrito, qui die ſeptimo poſt partum cyanoſeos impetui ſuccubuit.
guinis circulus hoc in caſu ita peragebatur, ut tota ejus copia per venas cavas

